

Lib. XVI. Tit. I.

Ad Senatus Consultum Vellejanum, quod est:

§. 1. NE FOEMINÆ PRO ALIIS REÆ FIERENT. INTERCEDERENT.

(1) *Fundamentum* ejus & quidem

1. *remotum*, est *imbecillitas* sexus, favore digna.

2. *propinquum*, est *Intercessio*. Est autem

Intercedere, alienam obligationem in se recipere.

§. 2. (2) *Subjeetum relativum*: Cui detur? Est *Fœmina*.

Prodest autem *fœmina* intercedenti, licet Pater consenserit,

ejusque *heredibus*,

& *fidejussori* in hac causâ, etiam voluntario l. 16.

§. 1.

Si mas cum fœmina intercedat, *mas in solidum tenetur*.

§. 3. *Subjeetum correlativum*, Contra quem?

Opponitur *Creditori*, quatenus scivit, aut saltem præsumere potuit ac debuit, fœminam non pro se contrahere, sed pro alio intercedere.

Quomodo? per modum *Exceptionis*, etiam post sententiam latam.

Imò 1. Si solverit, datur *Condictio Indebiti*.

2. Si pignus aut aliud quid dederit, datur *vindictio rei contra possessorem*.

§. 4.